



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Mali alicuius actum permittere quando sit peccatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

medicinæ, vel personæ puniendæ, vel boni cōmuniæ. Et propterea quando comminata pœna cessaret habere rationem utriusque medicinæ, non teneretur quis ex vinculo iuramenti ad implendum iuratam comminationem. Quando autem hoc accidat, relinquitur iudicio prudentiæ, quæ est circa singularia ocurrentia. Ex his autem habes, quare mater quæ iurauit verberare filium, aut dominus qui iurauit verberare seruum, & postea parcer (vel ne turbet pacem domus: vel quia amplius nō opus est medicina talis pœnæ, & breuiter quia iudicat melius esse ut parat) non tenetur ad implendam comminationem iurata. Et sic de simibus.

De periurio autem largè sumpto (hoc est quum absque necessitate iurauit super veritate constat veniale tantum peccatum esse, periculosum tamen peccatum est si sit frequens, scriptum est enim: Iurationi non assuecat os tuum: multi enim sunt casus in illa,

*Mali alicuius actum permittere quando  
sit peccatum.*

Permissio ex suo genere peccatum non est: ut patet ex hoc quod Deo conuenit permittere mala culpæ, quæ sunt mala, & propterea tunc tantum peccatum est quando absque rationabili causa fit. Est autem rationabilis causa permissionis, vel vitatio maioris mali (sicut meretricium permititur, ne ciuitas adulteriis & incestibus repleatur) vel deductio maioris boni: sicut Petrus presumptuosus permisisti est labi in negatione Christi, & periurium, ut esset humilior. Vnde superiori qui potest obuiare ne subdicus peccet, & sine rationabili causa non obuiat peccat. Et similiter qui potest punire, & sine rationabili causa permitte impunitos peccat. Quando autem mortaliter vel venialiter oportet ex singularibus ocurrentiis

## Pertinacia.

453

currentis considerare & iudicare in eo qui vigilare studet super gregem suam . De illo autem cui cura non est an oves errant non oportet solicitum esse quia iam iudicatus est.

*Actus permutationis potest tribus concur-  
currentibus esse vitiosus.*

Permutatio illicita est tripliciter . Primo ex communibus, si iniusta est , puta quia non seruat & qualitas rei ad rem : & similiter si cum fraude aut dolo fiat. Secundo ex materia repugnante: ut si permittentur spiritualia, quasi estimata pretio aliquo. Tertio, ex materia prohibita, seu limitata est iure humano. Et haec ponitur triplex scilicet mancipia Ecclesiæ, quæ permittari si debeant, oportet servari quæ de illis iura disponunt . Servi fugitiui quandiu in fuga sunt, qui prohibentur permittari . Et tertio beneficia ecclesiastica: quæ licet non permittantur communiter, aut si pacta firmantur sine autoritate superioris, aut si fiat sine autoritate superioris , aut detur aliquid temporale pro spirituali , aut omnibus his servatis , si permittendo nulla cura est cui Christi oves committantur. Et hoc coram Deo est crimen maximum.

*Sententia vel opinioni propriæ pertinaciter  
inhærens peccare potest.*

Pertinacia (qua homo in propria perseverat sententia plus quam oportet) peccatum est: ut pote, à recta ratione dissonans . Oportet autem secundum subiectam materiam iudicare an sit mortale vel veniale peccatum. Nam si pertinax quis est circa plantandam arborem, aut aliquid eiusmodi. hoc non perniciosum est, sed veniale. Si autem circa aliquid pernicio- sum (ut sunt ea quæ sunt fidei, & quæ nocent homini) mortale